

torum Israel implicavit, ex quo ergo principio tata prodit differentia? Jeroboam totus sedit nefando idolorum cultui, at Salomonis partitum est cor, adorabat verum deum omnium creatorem, simulque Diis gentium sacrificabat; & cuius cor erat partitum, merito & illi partitur regnum theodoretus q. 43. ait: Propheta magis accusant tribum Iuda... quoniam cum simul cum Deo videretur ambulare per templum, clamque serviebat idolis.

Theod.

81. Cant. 3.

Spontanea solum cum delicto

Gilbert.

1. Theff. 1.

QUESTIO X.

Quare D. Paulus cum Atheniensibus incipit sermonem a Deo ignoto?

82. Magnus paulus valde diversimode concionando se habet cum suis auditoribus, ac Judæis nam cum Judæis diserebat de scripturis, ut patet ex versu 2. hujus capituli: at vero modo cum Atheniensibus nihil de scriptura, sed ab eorum ara Ignoto deo consecrata, atque ab eorum superstitionibus intexit sermonem.

83. Pelusior.

Unusquisque sua inclinatio trahendū dicitur.

84. Matth. 4.

& iterum regnorum magnitudinem ostendens, ait: Hac omnia tibi dabo si cadens adoraveris me. Volens inimicus rimari, num Christus Dominus esset Filius Dei, opportunius videbatur, si inimicus afflatus fuisset: Si Filius Dei es, confende altitudinem nubium, Cælos penetra, & omnia mundi regna sub pedibus tuis conculcanda sterne, Sagacissimus inimicus consideravit Christum Dominum in suo gestu, modoque agendi, ac loquendi esse valde humilem, & alienum ab omni fastu, ideo non per ascensum, sed descensum eum tentare, ac superare vult. D. raschafius ait. Mitte te deorsum, ut si Filius Dei es, ex hoc saltem per conspecturam cognosceret.

Per humilitatem tenet Christum.

D Pa. ch.

85i

Gen. 3.

Protop.

Ad prosternendos primos parentes objicit eis diabolus. In quacumque die comederitis; Eritis sicut Diæ, Genes. 3. num. 1. & cur callidus serpens ad tantum bellum tale eligit telum? Agnovit speculator nimius, quod inter cætera, qua Deus communicavit homini, daretur quidam vehemens amor cum Deo arctissime vivendi, illiusque imaginem, ac similitudinem retinendi, unde ex his præparat inimicus machinas ad bellum tamquam si diceret minime vestrum desiderium arctissima conjunctionis cum deo implere poteritis quandiu homines extiteritis, cum multa discrepantia sit inter Deum, & hominem, quod abundanter satiabitur, si comedentes facti fueritis dii, & in eodem ordine cum eo, Procopius ait: Inter cætera sui desiderium ingenuit Deus homini, cuius fomitem, vel scintillam Diabolus in homine deprehendens, ut eum magis inescaret, & ad vetitum pertraheret, inquit Eritis sicut dii; quasi diceret, nunc cum sitis homines solum non poteritis conversari cum deo, sed hoc eveniet, cum in deorum numero fueritis relati.

Act. 17. n. 34. Deus, qui fecit mundum, & omnia, quæ in eo sunt, hic Cæli, & terræ cum sit Dominus, non in manufactis templis habitat.

Versiones.

COM EXPOSITIONE V. usque Vers. 29.

Vers. 24. Deus qui fecit mundum Arabic. Deus, qui creavit orbem, & omnes creaturas, quæ in eo sunt. Hoc dicit contra Stoicos, qui mundum fato, aut vi naturæ productum dicebant, ac etiam epicureos, qui dei Providentiam negabant. Non in manufactis templis habitat, ut habitabant Diæ Gentium, cum enim Deus sit invisibilis & immensus loco alligatus non est, & ideo ipse de se ait per Jeremiam. 23. num. 24. Cælum, & terram ego impleo. Dicitur autem habitare in Cælis, quia ibi manifestatur, & in Sanctis suis per gratiam Rom. 8. n. 9. & 1. Corinth. 3. n. 16.

86. Arabic

Jerem. 23

Rom. 8. 1. Cor. 3.

Vers. 25. Nec manibus humanis colitur. Syrus. Nec ei ministratur per manus hominum. Arabicus. Nec eget officio manuum hominum tamquam si dicat suprema Dei Majestas multum distat à Regibus terræ, qui indigent servis, qui ei ministrent vestimenta, cibos, & potus, multumque distat à Diis gentium quibus apponebantur victimæ tamquam ad cibum, & alia multa tamquam ad oblectamenta, & delicias.

87. Syrus. Arabic.

Indigens aliquo, nec indigens alio. Lorinus ex radice Hebraica legit: Sibi ipsi sufficiens. Unde David canit Psalm. 115. numero primo, Dixit Domino Deus meus es tu quoniam bonorum meorum non

88. Lorin. 115.

non

non eges. De his quæ sequuntur dat omnibus vitam questione 12.

89. Vers. 26. Fecitque ex uno totum genus humanum. Ex uno nempe a damo Syriacus: Ex uno sanguine ab eodemque parente: Desinens statuta tempora Syriacus, Distinxit tempora decreto suo. Arabicus: Ordinavit statuta temporibus terminos, D. Chrysof. Præfixitque præstituta, & præfixit terminos. Æthiopicus. Tempora sua, & annos suos quandiu habitabunt cū vita sua, ait Job. 14. n. 5. Constituisi terminos ejus qui præteriri non poterunt.

Syriac. Arabic. D. Chry. sof. Æthiop.

90. Vers. 27. Querere Deum, si forte atrectent eum ut inveniant. Arabicus: Cæperunt querere Dominum. Ad hunc finem creatus est homo vivens, ut per totam suam vitam Deum querat cognitione, amore, ac operibus: Si forte atrectent eum. Arabic. Utrum forte perquisitus. D. Chrysofostomus, Græcus Si forte palpent eum. Dicitur si forte pro nota nostræ libertatis. Atrectent, cognoscant magnitudinem ac excellentiam; quamvis enim Deus sit invisibilis, & plane in se non valeat cognosci in hac vita, tamen per officium hujus mundi, illius gubernationem, ac providentiam possumus aliquatulum eum investigare. atrectare, ac palpare, ut habet Græcus, tamquam more cæcorum, qui palpanibus do inveniunt locum, sic ait Apostolus Rom. 1. n. 20. Invisibilia Dei, a creatura mundi per ea, quæ facta sunt conspiciuntur.

90. Arabic.

Arabic. D. Chry. sof. Græcus.

91. Rom. 1. 20. Invisibilia Dei, a creatura mundi per ea, quæ facta sunt conspiciuntur.

Vers. 28. In ipso enim vivimus, quasi in quodam eminentissimo sustentaculo per suam immensitatem, providentiam, ac conservationem, movemur, & sumus. Arabicus: Existemus: nam, ut ait D. Augustinus ser. 18. de verb. Apostol. Vita corporis anima est, vita anima Deus est, & ait paulus: Sicut quidam Poëtarum vestrorum dixerunt. Syriacus Prout quidam è sapientibus vestris, dixit. Æthiopic Fecerunt quidam ex vobis.

91. D. Aug.

Syriac. Æthiop.

Nempe Aratus, antiquus, atque insignis poeta ipseus genus sumus; utpote à Deo creati, ad ejus imaginem, ac similitudinem, ut tamquam filius parentem referat, de quo q. 23.

92. Vers. 29. Genus ergo cum simus Dei, non debemus asfirmare auro, argento, &c. Syriacus: Homo igitur nostra prosapia cum sit à Deo. Arabicus: Quæ nobis est ratio censendi aurum. Æthiopicus, Quum sumus progenies Dei non convenit, ut repræsentemus eum per aurum, &c.

92. Syriac. Arabic.

Totum argumentum Apostoli hoc est, si nos cum simus progenies Dei, & ab ipso creati ad ejus imaginem, & tamen sumus constituti ex nobiliori substantia auro, & argento, nempe ex corpore, & anima rationali, à fortiori consequens est, quod Deus, qui nos creavit ad imaginem, suam sit ex sublimiori natura, quam ex auro, aut argento, & ideo turpiter errant Idololatræ, qui cum auro, & argento assimilari existimant.

94. Argumētum Apostoli.

QUESTIO XI.

Quare ait apostolus, quod Deus non habitat in manufactis templis?

95. Perperam adversarii ecclesiæ intendunt ex hoc loco destruere cultum à Christianis Deo exhibitum in Ecclesiis, cum ex multis locis commendetur ex magnificentia templi Salomonis 3. Reg. 6 per totum & machabei 1. cap. 4. n. 57. Ornaverunt faciem templi; tota enim scriptura clamat, Deus inhabitat in templo sancto suo psal. 10. n. 5. & 64. n. 1 ait Apostolus, quod deus non habitat in Templis

95. Templi exornatio.

3. Reg. 6. 1. Mac. 4.

manufactis, ut existimabant gentiles, ac si Deus esset ibi circumclusus, ac alligatus, cum sit immensus, ac repleat omnem locum, ut dixi in Expositione.

Tamen magis suaviter, ac delectabiliter Deis habitat in corde, ac anima iustorum bene disposita, ac bene præparata lactantius lib de Ira dei cap. ultim. ait: Sit nobis Deus non in templis, sed in corde nostro consecratus, Destructibilia sunt omnia, quæ manu fiunt. Mundemus hoc templum, quod non fumo neque pulvere, sed malis cogitationibus sordidatur; quod non cereis ardentibus, sed claritate, & luce sapientie illuminatur. Considera in quanta sublimitate sit templum; quod in corde nostro præparatur nam illud manufactum, & temporum in jura currit, & labitur, hoc autem cordis nostri durante nostra voluntate, & illud perseverat; illud autem exterius cereis & tapetibus componitur, hoc autem interius luce, ac claritate divinæ sapientie, ac cœlestium donorum illustratur, inde ait Minutius Felix in Octavio. Quod vero templum possit habere Deus, cuius templum totus est mundus? In nostra dedicandus est mente, in nostro consecrandus est pectore.

96.

Lactant.

Deus illustratus veneratur in corde suo, quam in alio.

Felix.

97. Ingressitur Jonas Ninivem clamans: Adhuc quadraginta diebus & Ninive subvertetur, statim exiit decretum ex ore regis, & Principum ejus dicens: Homines jumenta, & boves, & pecora non gustent quicquam: non pascantur, & aquam non bibant: & operiantur homines saccis, & jumenta, & clamant ad dominum in fortitudine, & convertatur vir à via sua via mala. Jonæ 3. n. 8. Solemnis gentium consuetudo extitit, ut cum in vehementi necessitate se viderent in arcto positos ad suorum Deorum tépla conflere, expostulantes vestredium, & subsidium & Divino erant illustrati Numine, cur non cogitant ei consecrare magnificentum templum omni aerea supellectili mirabiliter exornatum sed toti sunt intenti, Ut convertatur vir à via sua mala. Ut erant divina luce illustrati, optime præcallebant, quod cum deo vero sit agendum, non de auro, & argento est cogitandum, sed de purificando, ac delectabilius gaudet, quam in quacumque alia magnificentia D. Zeno serm. de Jona ait: Statimque actus veteres vita damnantes pro salute redimenda non solito more ad stupida simulachra concurrunt. Sed à suo corde remedium salutare deposcunt, spiritumque suum tota humilitate contribulatum ambrosio sacrificant, non ad simulachra, ac templa, sed ad cor purificandum tota sollicitudine se convertunt consummato Templi opere ait Deus Salomon: Audi deprecationes tuas, sanctificavi domum hanc quam edificasti, ut ponerem nomen meum ibi in sempernum. 3. Reg. 9. n. 3. Nos vero in oratione dominica obsecramus: Sanctificetur nomen tuum. Matth. 6. n. 9. Ecce Salomon ædificavit magnificentissimū, illud Templum, ut in eo sanctificaretur nomen Domini; nos etiam in nostris orationibus petimus sanctificetur nomen tuum, sed in quoniam magis exaltatur, ac sublimatur Deus, in amplissimo toto aureo Salomonico Templo, an nostra oratione? Si hæc fiat puro corde, ac animo unito cum Deo, in quo consistit omne bonum, illa magis sanctificatur, ac colitur Deus. Decisio est S. Gregorii in sententia lib. de oratione Dominica cap. 3. Caput bonorum est se per meam vitam nomen Dei sanctificetur.

97.

Jonæ 3.

Cer pu- rum apu- ill venis impetranda.

D. Zeno.

98.

3. Reg. 9.

Matth.

Magna Dei sanctificatio sit pura vita. D. Greg. Nilfen.

QUÆSTIO XII.

Quare Apostolus ait, quod in Deo vivimus, movemur, & sumus.

99. Notat Salvianus lib. 2. de guber dei, quod Apostolus non dixit ab ipso, sed in ipso moveri docens scilicet instam inter virtutes sacras omnium nostrum esse substantiam. Tamquam si in ipso essemus plantati, indeque inter cæteras virtutes sit in nobis instita quædam virtus, ad bene movendum, & agendum.

100. tria distincta membra ponit hic Apostolus: Vivimus, movemur, & sumus. Quæ variè, ac diversimode explicantur à Sanctis Patribus. Primo D. Ambrosius lib. de bono mortis cap. ultimo ait: Quod movemur in Deo, quasi in via sumus quasi in veritate, vivimus, quasi in via æterna. D. Cyprian. lib. de Baptismo Christi ait: Quod in Patre sumus, in Filio vivimus, in Spiritu Sancto movemur, & proficimus. D. Hilarius in Psalm. 135. omnia videtur referre ad Spiritum Sanctum qui ecclesiam Dei regit, & gubernat.

101. D. August. lib. 14. de trinit ad totam trinitatem refert per ipsum, & in ipso sunt omnia, & ait: cap. 14. Magna hominis miseria cum illo non esse sine quo non potest esse, id est subsistere, in quo enim est proculdubio sine illo, & tamen si ejus non meminit, eumque non intelligit, nec diligit, cum illo non est. Tamen cum ad totam Trinitatem verba referantur, adhuc explicanda sunt singula membra.

102. D. Cyril. Bona interpretatio. noster D. Cyrillus Alexandr. lib. 9. in Joan explanat: movemur per ipsum non formaliter, sed effectivè: movemur per spiritus vitales, & animales, & consequenter per respirationem: Et sumus nempe conservatione, qua perduramus, & existimus.

103. Quædam Glossa, & recentiores Lorin Cornelius inquit: sic loquitur Apostolus in præsentia respiciens ea, quæ supra dixerat vers 25. Cum ipse det omnibus vitam, & inspirationem, & omnia, dat vitam qua vivimus, dat inspirationem, qua movemur, insuper dat omnia quibus sumus, ab eo participamus, habemus, & totum quod sumus ab eo dimanat, & acceptum obtemus, & ei omnia nostra referenda. Unde dicebat ille Philosophus Empedocles: Deus est circulus cujus centrum est ubique, circumferentia nusquam.

104. de hac eximia Dei providentia erga nos, qua nobis dat vitam, inspirationem, cõservationem, multa & satis ampla dicunt S. Patres, satis sit nunc audire Magnum Augustinum lib de spiritu, & anima, qui sic ait: Hac, & multa alia fecit mihi Deus meus de quibus dulce est mihi semper cogitare, eum enim cunctis sit præsidens singulos implet, ubique præsens, universorum curam gerens, & tam singulis quam omnibus providens Attente nota sequentia: Ita totum ad custodiã meam occupatum video, quasi omnium oblitus sit, & mihi soli intendere velit semper se præsentem, semper se paratũ offert quocumque me verto non me deserit, nisi ego prior eum deserã, ubicumque fuero non recedit à me, quoniam ubique est. quocumque itero invenã eum, cum quo possim esse. Cum deus sit omnium Dominus, & singulis adsit præsens, ut provideat, tam sollicitè, ac promptè de unoquoque agit, ac si de illo solo, & de nullo alio esset attendendum: Quasi omnium oblitus sit, & mihi soli intendere velit, semper se præsentem exhibet, sem-

D. Hier. A Dei præsentia omnia bona. D. Hier. A Dei præsentia omnia bona. D. Hier. A Dei præsentia omnia bona.

per se paratum offert. bonus pastor relinquit nonaginta novem oves pro una quærenda.

Cum Judæi vellent apprehendere Christum, abiit trans Jordanem, ubi multi convenerunt ad illum, & crediderunt in eum Joan. 10. n. 40. Ubi cum accepisset nuntium de morte Lazari ait discipulis suis: Gaudeo propter vos: ut credatis, quoniam non eram ibi, sed eamus ad eum, Joã. 11. n. 15. In quo multa sunt expendenda, domine multi venerunt ad te trans Jordanem ut tua præsentia gauderent tuæque doctrina instruerentur, quomodo ergo eos nunc relinquis, & paras in Judæam mirantibus Apostolis, cum te ibi modo voluerint lapidare, ibi n. 8. tamen se preparat ad iter, & transit in Judæam quia illi, qui ad eum convenerunt, jam sufficienter erant illuminati in fide, tum etiam ut moraliter dicam ut externa specie ostenderet quantã curam gerebat de Lazaro ob ejus necessitatem: Quasi omnium oblitus sit, & mihi soli intendere velit, cum jam aliis non esset necessarius.

Et audita morte Lazari ait: Gaudeo propter vos ut credatis quoniam non eram ibi, & pergit ut eum revocet in vitam, cum bene hoc posset facere, ut deus omnipotens ex loco, in quo erat, tamen personaliter accedit ut deprehendatur, quantum bonum ex ejus præsentia, quantum vero malum ex ejus absentia, ex ejus præsentia manavit vita, ex ejus vero absentia mors defluxit, Theophylact. apud D. Thom. Gaudeo, inquit, pro vobis; nam cum illic non existerem, confert ad majoritatem fidei vestre, quoniam si astissem agrotantem curassem, quod esset modicum signum ad virtutis meæ indicium: Quia verò me absente supervenit mors, potius in fide mea corroboramini cum videritis me posse etiam defunctum putrescentem resuscitare.

Ait Jeremias 7. num. 3. Bonas facite vias vestras, & habitabo vobiscum in loco isto. Quæ verba sic legit Symmachus. Confirmabo vos in loco isto; tamquam si idem valeat, quod Deus inhabitet ac sit præsens habitationi nostræ, quod nos faciat in ea ibi perseverare ac sua protectione cõfirmet omni bono, ne ab ea excludamur. D. Hieronymus ibi: Habitabo, inquit, vobiscum, ut securos vos faciam, sive vos ipsos juxta Symmachum firma habitatione fundabo, qui ait, & confirmabo vos in loco. Inde David promittens iustis, ac sanctis omne bonum ait Psalm. 139. n. 14. Habitabunt recti cum vultu tuo Ibidem D. August. Veniet à illis facies tua, abundans sufficientia. In ipsa Dei præsentia est abundans sufficientia omnium bonorum.

Unde optime à D. Cyrillo hierosolymit. Carech 4. gentiles saggillantur, qui pro aliquo tempore se à suis Diis delictuos dicebant, ut inde ptivarent omni emolumento, sic ait S. doctor. Cum itaque ab erraverint quidam ab uno Deo diversimode sentiebant: Ac alii quidem solem ponebant, ut occidente Sole, noctis tempore sine Deo essent, alii vero Lunam ut in die Deum non haberent.

QUÆSTIO XIII.

Quare D. Paulus confirmat suam doctrinam dicto Poetarum, explicatur.

Valde ingeniosa est Apostoli Charitas, dictis poetarum, quibus delectabantur, corroborat suam doctrinam; quia dum intendunt audire Poetas percipiunt fidem Catholicam, ita suo genio alluciantur D. Chrysof. in præsentia ait: Quia unusquisque consuetudinis suæ amicitia ligatur, & Deus

missi ab ipso ad totius orbis salutem homines, de ipso cujusque more gentis materia sibi assumunt dicendi. Vide quæ dixi supra q. 10. n. 81. 82. & 83. & tom. 3. in Evangel. cap. 2. q. 14. n. 98. 99. & 100. Ad dictum Pœtarum venio.

110. Poeta. Aratus. Huc cecinit Aratus antiquus, & celebris Poeta Antiocho Regi charus in deliciis à roma condita 472. patria Solensis, non longe à Tarso, ac proinde Pauli pene concivis. Præclare scripsit de stellis, ac signis cœlestibus græco idioma quem in latinum transtulit Cicero, hic Aratus sic modulatur: A Jove principium esse omnium, & omnia Jovis plena esse, & omnes Jove indigere, hujus etiam genus sumus.

111. Homo de pendet à Deo in fieri, & cõservari. Hoc ultimam citatur ab Apostolo; quia progenies, & proles sumus Dei, utpote qui non semel, ut homo hominum, se semper, & continuo est in perpetuo influxu, ac generatione, conservando ac influendo in nos vitam, motum, ac totum est nostrum, ab eoque non solum in fieri, sed etiam in conservari dependemus; sicut Sol continuo egerit radios suos, & lumen illudque conservat.

112. Gen. 2. Joan. 5. perfecto, ac consummato officio totius orbis ait Sacer textus: Requievit deus die septimo ab universo opere, quod paravit. Genes. 2. n. 2 quomodo hoc coheret cum Evangelio Joan 5. n. 17. Ubi ait Christus D. Pater meus usque modo operatur, & ego operor: Si omnia opera erant jam perfecta, & ultima manu jam adimpleta quomodo ait Christus D. quod ipse, & Pater adhuc modo operantur. deus in primo molimine requievit, à condendis novis generibus creatura, quia alia nova genera non condidit, tamen Christus, & pater usque modo operantur in administratione, & conservatione, & gubernatione creaturarum, quia omnia, quæ creavit, conservat, ab ejusque manu dependit D. August. lib. de genes. ad literam sic loquitur. Proinde quod Dominus ait: Pater meus usque nunc operatur, continua eorundem generũ administratione, quæ nunc instituta sunt, & inde subjungit: Quia propter sic accipimus Deum requievisse ab omnibus operibus suis quæ fecit, ut jam novam naturam ulterius nullam condiderit, non utique ut quod considerat conservare, & gubernare cessaret: Unde & verum est illud quod in septimo die requievit Deus, & illud quod usque nunc operatur.

113. D. Ambros. De hoc late agit D. Ambrosius lib. 5. Hexaemeron. cap. 9. Considerans summam providentiam & industriam instam à Deo in uno quoque minutissimo animali, quod prævidens calamitates, ac adversitates temporum sibi contrarias diligenti solertia eas præcavere intendit; sic ait Sanctus Doctor: Unde exiguo animali tanta scientia, quo magis in eo nihil est, quod tantam habere possit prudentiam, crede, quod per indulgentiam Domini rerum omnium, id quoque munus præscientia hujus accepit.

114. Syriac. D. Chrysof. Act. 17. n. 30. Et tempora quidem hujus ignorantia despiciens Deus, nunc annunciat hominibus, ut omnes ubique penitentiam agant.

Act. 17. n. 30. Et tempora quidem hujus ignorantia despiciens Deus, nunc annunciat hominibus, ut omnes ubique penitentiam agant.

Versiones. CUM EXPOSITIONE VI. Usque ad Vers. ultim.

114. Syriac. D. Chrysof. Vers. 30. Et tempora quidem hujus ignorantia despiciens Deus, nunc annunciat hominibus, ut omnes ubique penitentiam agant.

mularet Deus. Æthiopic. Et antiqua tempora, quia Æthiopi, ignorantes erant remisit eis Deus.

115. D. Chrysof. Oecum. Tripliciter exponitur Text. Primo D. Chrysof. stomus, Oecumenus: Despiciens Deus, id est contemnens, seu ut legit Chrysof. Dissimulans vestram idololatriam, non puniendo, sed miserando ob vestram ignorantiam, & huic expositioni favet lectio Æthiopica, quia ignorantes. Secundo Lyranus: Despiciens tempora hujus ignorantia, scilicet Idololatriæ, statuit eum evertere, ac destrucere, ne ultra perduret, & favet Syriac. Tempora Idololatriæ fecit.

116. Magis gemina expositio. Tertio, & maxime deus permittit, & contempnit gentes degere in tenebrosa ignorantia idololatriæ usque ad adventum Christi, at ipso veniente Qui datus est in Lucem gentium. Isai. 49. num. 6. Et populus, qui ambulabat in tenebris; vidit lucem magnam. Isai. 9. nunc vero hac suprema luce Christus vos illuminat ad salutem, & penitentiam. Pro hac stat lectio Arabica: Ab annis stoliditatis amovit nos Deus.

117. Arabic. Origenes. Vers. 31. Judicaturus orbem in aequitate. Arabicus: Cum justitia. Origenes; Potestate. Æthiopicus: In virtute. Sensus est, dum vivimus agamus penitentiam quia adveniet tempus judicii, in quo peccata non remanebunt impunita, quod judicium exercendum est per Christum Dominum, Pater omne Judicium dedit filio Joan. 5. n. 22.

118. Syriac. Vers. 32. Quidam irridebant. Syriac. Subsannabant quia cum resurrectio sit miraculũ supra vires naturæ, Quidam dixerunt audiamus iterum de hac re nisi magis prudentes voluerunt rem iterum audire, ut tantam rem magis considerarent.

119. Æthiopic. Vers. 33. Paulus exivit, Æthiopic. Exivit Paulus ab Athenis, ut videbimus initio capituli sequentis vers. 34. Dionysius, de quo quæstione sequenti & mulier nomine Damaris. D. Chrysof. tom lib. 4. de Sacerdot. S. Ambros. epistol. ad Vercel. Helvidius in vita S. Dionysii. Lyranus dicunt fuisse uxorem sancti Dionysii, quia vox græca significat mulierem, & uxorem; contrarium videtur sequi D. August. serm. de seminatore, & mihi est conjectura quia facilius, & brevius dixisset D. Lucas mulier ejus, quæ mulier quedã exprimitur autem; ut mulier nobilissima, & primaria, quæ in Christum credit in Menologio Græcorum habetur die 4. Octobris.

QUÆSTIO XIV.

Quare tam insigniter Dionysius Areopagita scribitur à D. Luca?

120. Baron. Ad Evangelista, quod inter eos, qui crediderunt in Christum, extiterit Dionysius Areopagita Syriac. Ex judicibus Areopagi Arabic. Dionysius judex peritissimus, & contra Bedam, atque alios dicendum est, quod diversus sit habendus noster Areopagita, ab illo alio Episcopo Corinthi, quæ seculo multum posteriore fuit: quod satis late probat Baronius in notis ad Martyrologium die 9. Octobris.

121. Ad ejus conversionem cum dictis Pauli multum conduxit Eclipsis visa in morte Christi, cum clamaret, Aut Deus natura patitur, aut mundi machina dissolvitur. Discipulis pauli per triennium ei adhæsit, ab ipso creatus est primus Episcopus Atheniensium; deinde cum eodem Apostolo venit Jerosolymam morti, ac funeri Sacratissimæ Virginis præsens fuit, atque ab ipsa ejus benedictionem meruit accipere, ut ipse scribit.

122. Post mortem D. Pauli, monitis S. Joannis Apostoli venit